UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

REGVLA XXXIIII.I.

AFFECTIO non petitur, nec eius ratione condemnatio augetur. Hanc regulam ponit tex. in l.ſi ſeruum.ff.ad leg.Aquil.& in l. prætia rerum, & in l.in lege Falcidia hoc eſſe.ff.ad l. Falci.in l.vnica,in verſi.quod re vera.C.de ſenten.

1 Fallit primo,quando vtilitas eſt iuncta affectioni:vt in libris, in quibus diu ſtudui,& multum ſcripſi:& ſic habet vtilitatem iunctam cum affectione,vt in l.videamus.ff. de in litem iura. & ita tenet Alber.in l.j.eo.titu.ſecus ſi affectio ſit ſola.

2 Secundo limita, vt non procedat in caſibus a iure expreſsis: Ita videtur tex.in l.non tantum,ff.de appella,& ibi eſt vtile, quia vita prorogatur.

3 Tertio limita,non habere locum in minore:ut in l.ſi in emptionem ff.de minor.& ita communiter tenent Docto.ſecundum Pyrrh. in l. quatenus in 2.regu.ff.de reg.iur.

4 Quarto fallit in caſu. L.competit.§.i.& ibi Alberic.ff. quod vi aut clam.& in caſu glo.in l.fina. in verbo, non habebitur.ff.de operis ſeruor.

5 Quinto limita,quo ad inducendam actionem quam affectionis ratio inducit in contractibus bonæ fidei,vt in l.cum ſeruus.ff.manda. quod intelligo ſi affectio fuerit honeſta,ſecus ſi inhoneſta, quia tunc non prębet actionem,nec auget condemnationem: Ita tenet Alberic. in d.l.j.col.ij.ff.de in litem iuran. ſecus tamen eſt in actionibus ſtricti iuris in quibus affectio non inducit actionem, etiam ſi fuerit cauſa honeſta: iſta eſt glo. in l.fideiuſſores.ff.de pac.in verbo,nec enim quam vltra Doct.ibi pręcipue Iacob.de ſan.Geor. ſequitur Iaſ. in l. quidam cum filium.nu.7.ff.de verb.obliga.& in l.j.nu.7.ff. de in litem iuran.& in conſi.41.volu.3.col.pen.

REGVLA XXXV.

AFFECTVS, licet non ſequatur effectus, punitur. Hãc regulam probat tex.in l.j.§.diuus.ff.de ſica. & in l.his qui cum telo.C. eo.tit.& in l.ſi quis,non dicam rapere.C.de epiſc.& cleri.canonizata in c. ſi quis.non dicam rapere. de pœniten.diſtinct.j. & in .l.j in fin.ff.quod quiſque iur.& in c.fin.de ſpon. cum aliis gloſsis allegatis per Hyppo.in d.§.diuus.nu.3.& circa hanc regulam vide Feli.c.j.de pręſump.& melius quam alibi Thom.grammati.deciſio.ij.nu.2.cum aliis.

Hanc regulam ponit Socin.vbi eam octo modis limitat, in regula xxxj.Latius ponit hanc regulam,vbi eam limitat octo modis,Feli. in tractatu de conatu.col.ij.cum ſeq. quas limitationes ponit etiã Hippol.in .d.l.is qui cum telo.nu.24.& in l.qui falſam monetam.ff.de ſicar,nume,1,cum ſequẽ, Decem limitationes ad hanc regulam ponit